



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. Vnicus, de peccatis Sartorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

8. Qui nimis extendunt, ut in aliquot ulnis unam lucrentur, item qui in extensione dilacerant, & denuo studiose conluunt, ut divisio non appareat.

9. Peccant qui in ulnis & mensuris injustitiam committunt.

TITVLVS XXVIII.

De Sartoribus.

Articulus Vnicus.

De peccatis Sartorum.

1. **P**eccant Sartores si non fideliter vestimenta consuunt, aut arte debita illa disponant.

2. Peccant si de panno, serico, tela, bombice, &c. partem subtrahant, nisi forte in compensam laboris id facerent, in casu quo eis stipendium sufficiens non daretur.

3. Peccant si inventores novitatum fuerint, aut singulari industria vestes impudicitati & vanitati servientes faciant.

4. Peccant juxta rationem damni, qui veteres vestes ita apposite purgare, & appa-
renti

renti quadam specie reparare norunt, ut eas pro novis & integris vendant.

TITVLVS XXIX.

De Sutoribus.

Articulus Vnicus.

De peccatis Sutorum.

1. **P**Eccant Sutores, qui materiam calceorum immutant, vendentes in calceis corium unius generis, pro altero, impingentes intus vetus & improbum corium, pro novo, item madefactione, percussione, calefactione, varie corium immutantes, ut euentes decipiant, quibus revera pro damno tenentur, eo quod omnibus computatis ultra dimidium nonnunquam vendant calceos, ocreas, & alia suæ artis opera.

2. Peccant qui vanitati, luxui & impudicitii augendis, in extrema & contemptibili parte corporis, suis ad inventionibus adminiculo sunt.

TITV-